


PITHAGORAS ET
SCHOLA ITALICA





In schola Crotoniensi lectiones agebantur in “ Domu Musarum”, templo marmoreo cum porticu, viridariis circumdato.

Ibi condiscipuli vesperi et mane silenter deambulabant, precibus recitatis.

Haud facile candidatis accipi in scholam, etiam regulis respectatis: per tras annos silentium de preceptis imponebatur, cura eos spectabat de senibus, plantis et animalibus.



Haud facile candidatis accipi in scholam, etiam regulis respectatis: per tres annos silentium de praeceptis imponebatur, cura eos spectabat de senibus, plantis et animalibus.

Discipuli admissi, post lectiones matutinas, meridie, numero decem, pastum adsumebant ex holeribus, seminibus et herbis.

Corpus cum animo deinde curabant, cum in porticibus disputabant deambulantes.

Inter discipulos magistri, eius uxor Teano, de qua imago est in carthula pagina sequente et in tabula "Schola Athenarum" pictoris Raphaelis.



Dignus memoria Brontinus quidam, Metapontinus, notus Orphicis scriptis, necnon ut medicus et inventor “pulveris philosophici”, cuius nescimus ingredientes.



Maxima oboedientia imponebatur ad sequendas regulas alimentares.

Nihil carnis in primis, quia animalia quoque destinata communiter ad hominum nutritionem sunt formae singulae aeternae et universalis metempsychosis: pro illo animali potest esse homo quoque (et vice versa) in tempore antecedente.



In ientaculo mel praecipue consumebatur, in meridie autem panem e milio vel placentam cum leguminibus, carnes solum hostiarum nec in omnibus partibus. Et si in templa se conferebant, nutriebantur sesamo et papaveris seminibus, uvis fragisque silvaticis, caevis, necnon stelis asphodelorum, Avernii florum.

Aliae regulae, quarum non semper rationes comprehenduntur, a Giamblico

philosopho relatae in *Protreptico* (XXI) referuntur. Haec sunt aliqua exempla:

1. Vita principales vias, deambula per semitas.
2. Cave melanurum –piscem fluminum et lacuum, diis Inferis sacrum.
3. Ne loquaris in umbra de preceptis scholae.
4. Ne mingito solem adversus.
5. Ne indue ullum anulum.


At celebris praecipue prohibitio erat de fabis, cibo mortuorum, interdictio.



Variae erant enim opinione de hoc legumine, reiecto cum timore. Nam, secundum Porfirium (233/234–305), philosophum et astrologum, e confusa et putrida materia in origine cosmi solum emergerunt fabae et homines. Addebat autem: <<*Si dentibus fabam teris et postea eam exponis radiis solis, constabit ea emittere humani seminis odorem. Si autem auctam fabam cum nigro flore in vase figulino ponas, per dies nonaginta custodiendo humi, non iam fabam invenies sed caput infantis an vaginam mulieris*>>.

.....

Haud longa fuit tamen vita scholae. Cum Pythagoras se recessit Crotone ad extremam magistro Ferecidi magistro salutationem, Cylon quidam, in scholam non admissus, cum complicitibus eam petivit et incendio plerosque condiscipulos privavit vitae.



Pythagoras, coactus, fugit Locrim Epizephirim at ibi –ut Tarenti- nemo adventum ei sivit. Inde Metapontum profectus, in urbe est acceptus at illuc quoque, post aliquos annos, adversarii pervenerunt et philosophum –qui fugere noluit in campum fabarum- in carcerem iecerunt.



A comitibus noctu liberatus, vixit per alios annos, saepe ieiunius, in “Domus Musarum”, quoad visus est a condiscipulo ad portum convenire vacillante gradu, manus levare et undas submergi undis Ionii maris.

Scrispit: Lucia Mattera